

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 66. Ioannes manifesta lucerna, foris & domi delitescens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Ast ubi iam minuor, crescis; nec id abnuo, nolit  
Ante suum solem Phosphorus vltro mori?

*Epigramma 64.*  
**Ioannes Phosphorus.**

**N**Ox abit. umbrosæ vanescunt cornua Lunæ.  
Corniger ut Moles; sic vetus umbra cadit.  
Lex noua lux. alter cum luce recurrit in orbem  
Phosphorus. is soli prævia stella micat.  
Ille suo noctis confinia diuidit astro.  
Albentemque nouo nunciat igne diem.  
Scilicet is lucens, ardensque Lucerna Tonanti.  
Conscia lux veri, cui pius ardet Amor.  
Illi exortu Solymis nox incubat artis.  
Iude Deo templum iam sacer orbis erit.

*Epigramma 65.*

**Ioannes Phosphorus, ad Argum Pastorem siderum in cœlo.**

**A**rdua cui cyano rident sua pascua campo. (a)  
Coge gregem. numerum non habet ille suum.  
Exsul adest cœlo nullus quo pulchrior ignis,  
Prouidus it terris Phosphorus astra sequi.  
Nempe suum solem comes igneus ambit I E S V M.  
Hunc, præit, ut cœlo sero sequatur herum,  
(a) *Argus Pastor lus virginis in vaccam mutata plenus oculis, occisus cœlo est adscriptus.*

*Epigramma 66.*

**Ioannes manifesta lucerna, foris  
& domi delitescens.**

**E**sto premas alto captiuam pectore flammam,  
Mille tamen radijs emicat inde iubar.

N iii

Cæs

Cæca domi laterna lates, domus hospita lucis,  
At luces alijs clara lucerna plagis.  
Sic ubi bisgemine dispar discrimine sortis  
Sciendere; tu conflas pulchrius inde iubar.

*Epigramma 67.*

**I**oannes lucerna Deum ostendens,

**S**ol in nube latet; (*Verbum caro*) quæris IESVM?  
Quære facem, cæco-nata lucerna die est.

*Epigramma 68.*

**I**oannes lucerna.

**V O X I O A N N I S.**

**F**omes eram sine luce, nouum iubar adflat IESVS.  
Duco facem, patriâ clara lucerna domo.  
Et nunc Isacijs ceu lucida stella tenebris  
Irradio; ah! Syrio nox silet alta solo.

*Epigram. 69.*

**C**hristo nascente minuitur Ioannes,

**D**um sua lux Verbo crescit; Vox occidit umbris.  
Vox an ad hoc Verbum lucis eclipsin agit?

**V O X R E S R O N D E T.**

**P**luveream deditnor humum, iuuat ire per orbes  
Stelliferos illuc fert via recta pedes.

*Epigramma 70.*

**V A T I C I N I V M.**

**I**oannes lucerna breui extinguenda.

**N**ox vetus astra premit, densas quæ diuidat umbras,  
Sed micat Abramia pulchra lucerna domo.

Eccc